



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

2. Angelus Gabriel Zachariæ nuntiat filium nascituru[m], Messiæ Pr[a]ecursore[m], eumque concipit Elizabeth.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 2. Angelus Gabriel Zacharia nunciat filium nasciturum, Messia præcursores, eumq; concipit Elizabeth. Luc. 1. * Pref.

S. Matthaus. S. Marcus.

S. Iohannes.

FVit in diebus Herodis regis Iudeꝝ Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomē eius Elisabeth. Erāt autē iusti ambo ante Deū, incedētes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & non erat illis filius: eò quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cū sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundū consuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret ingressus in templum Domini. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. & multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum. & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Elię: vt cōuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas. plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelū: vnde hoc scia? ego enim sum senex: & vxor mea procelisit in diebus suis. Et respōdens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deū: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens, & nō poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quōd nō credidisti verbis meis, quæ implebūtur in tēpore suo. Et erat plebs expectās Zachariā: & mirabātur quōd tardaret ipse in tēplo. Egressus autē non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quōd visionē vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permāsit mutus. Et factū est: vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. post hos autē dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq; dicens, Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobriū meum inter homines. *3.	S. Iohannes.
--------------	------------	---	--------------

CAP. 3. Gabriele nuncio concepitur in vtero Virginis Filius Dei.
Luca Cap. 1. *2.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Iohannes. IN mēse autē sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid, & nomē virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā dixit, Ave gratia plena, Dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Quæ cū audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutaris. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deū. ecce cōcipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomē eius Iesū. hic	S. Iohannes.
--------------	------------	---	--------------

A 2 erit